Coeli contra hos rubros indiciâ enarrassem, postquam
multorum scriptorum testimonia exposuissem, postquam
denique omnium pene naturalium Authorum sententia, ita
concussissem adversarij causam, ut unum ex duobus coactus
sit cedere, post, inquam, hoc omnia, quibus orationem con
firmaveram, eam tamen de vobis ut dixi confidentiam
et habui, et habere debeo, ut a vobis velim quam obti-
nere victoriam, quam forsan, a multis argumentis spe-
rare possem. agite igitur Aud: orn: pronuntiate in rubros
vestram sententiam, et hoc ubi feceritis, audietis ex istis sug-
gestibus de nulla materia ab oratoribus perorari, nisi de exi-
mijs vestro benevolentiae encomijs, utpote qui tanta cleme-
ntia vestram sententiam pronuntiaveritis, qui post multa pera-
cta certamina, ad expugnandas adversarij rationes vestram be-
nevolentiam tanquam fortissimum argumentum decrevit

Contorquere.

Dixi.